

is, quae iter illud facientibus salutaria esse et opportuna solent. Fratres suos, et convictores domesticos advocavit, quibus astantibus pro erratorum venia in genua procumbens, supplicavit, si quid offensisset, sibi ab eo, qui laesus aut esset, aut sibi videretur offensus, remitti postulavit: a publica scelerum et confessione, et enumeratione, quae videlicet, antequam se in religiosam disciplinam dedit, in libero mundo et perfidae aetatis aestu commiserat, minime temperavit, Fratresque suos ad fletus et lacrymas tanto, tamque insolito demissionis exemplo promovit. Florentio suo in Christo patri, et verae magistro philosophiae, qui tum forte aberat, se per litteras commendavit, quas sui accusationibus, criminacionibus, convitiisque complevit. Quid ego membrorum debilitatem, animi angores, in tam dira Iue morbi, cruciamenta, horrores et spectata commemorem? Nam diabolus sub persona cuiusdam fratris et collegae, qui paulo ante e vita migrarat, in variis erroribus Lubertum inducere conabatur. At Lubertus in re tali sanctissimam Dei Matrem, cui erat deditissima, frequenter implorabat. Hieronymum etiam, Pamphilem Gregorium, quos intimis amabat affectibus, quosque inde a pueritia patronos elegerat, sibi adesse petivit. Instat daemon terretimus, inque uno Deo spem omnem defigi oportere. Mariam, ceterosque coelestes invocari non debere, ad morientis aures insurrexit. Psalmodumque vocalem usum, quo se moriens precabatur, Lutheri pater, et mendaciorum architectus dissuadet. Quae de Virgine Maria, de Sanctis, deque Psalmodum interdieto impudentissime mentitus est daemon, Lubertus minime tulit, qualemque consiliarium nactus esset, ex protervitate verborum intellexit, veteratoreque cum convitiis repulso, a David coram versuum prononciatione non desistit. Virginem Virginum, cuius erat amantissimus, multo inclamavit ardentius: Hieronymum, et Gregorium appellavit alacrius. Tempestatem sequuta tranquillitas est, et beatissimae Matris, quod expetierat, sensit auxilium, mortisque posito metu, cupiebat dissolvi, et esse cum Christo. Cumque hora iam appropinquasset, quam vehementer optaverat, se ipse crexit, nemine fulciente, manusque supplices tendens, illa exclamavit: in gloria, in bonitate tua, in misericordia suscipe. Mirabiliaque se vidisse professus, Mariam credo adiutricem, tutoreque angelos, coram suis Fratribus animam emisit, et in Domino feliciter obdormivit.

§. CL.

Hieronymus Platus (*de bon. stat. relig. lib. 2. cap. 33.*) Magnus etiam fuit per ea tempora Hermannus, cognomento Contractus, cuius doctrina eo admirabilior fuit, quod etiam insigni miraculo adeptus est: ita enim scriptum est, hunc in Suevia ex nobili Comite ortum, ab innente aetate omnibus membris captum fuisse, atque ob eam causam nomen illud, quod diximus, Contracti accepisse; quare cum mo-

nachus factus esset, multis precibus beatam Virginem rogare instituit, ut se eo morbo liberaret. Illa vero clara luce se ei visendam praebens, optionem obtulit, utrum et duobus mallet, sanus ne fieri, sed ut erat rudis, et indoctus permanere, an perseverare in morbo, et in omnibus scientiis insignis evadere. Cum autem Hermannus, ut debebat, hoc posterius praetulisset, ab eo tempore mirabilis progressus in omni genere literarum facere coepit, adeo ut neminem in his superiorum, etiam aequalem habere crederetur: ac nominatim tres linguas, Latinam, Graecam, Hebraicam ita calere, ac si in eis natus esset. Itaque etiam illud addidit, valde eum semper devotum fuisse Deiparae Virgini, eiusque opus esse antiphonam illam, Salve Regina, ita celebrem in omni officio Ecclesiastico decantare.

§. CLI.

Thomas Campensis (*lib. de illustribus Florenti discipulis*): Beatissimam Virginem Arnoldus Hollandus studiosissime coluit, quam ob causam matutinas Deiparae preces antequam tempore recitabat, sonante horologio eandem verbis salutabat angelicis. Pietatis fructus castitate integro consistuit, et petendae ac retinendae religionis constantia mirabili. Cum enim suis aequalibus et religiose cuiusdam familiariae, ad quam aspirabat, sese rectori valde probasset, tamen praefectus explorandae consilio virtutis, periclitandaque patientiae, eum, qui laesae sciret, quique iuvenes, saeviusque permulso verbis, et factis, a vitae honesta ad Christi obedientiam traduxisset, apud ludum magistrum formare literas iubet, versarique eum pueris. Arnoldus boni patris obsequio imperio, scribendi artem, quasi nihil omnino sciret, denuo coepit addiscere. Dum quietae vitae petitor est, et religionis candidatus, omnia Christianae pietatis praestat officia: nam quotidiana vel lectio, vel scriptio in schola futurae puerili orationem praemittebat, quodque opus precationem inchoarat, precatione clauderebat, aut ante et post quotidianum illud scribendi pensum in aedem sacram oraturus intrabat. nihilque, quamvis minimum, scienter omitebat. Ergo Deo charus, et hominibus, annique tentatus, et exercitatus spatio, annuente rectoris Florentio viro sancto in Daventriense collegium, vitae perfectae illa tempestate domicilium admittitur. Quo optato impetrato, Arnoldus quasi denuo conversus, longe in Dei obsequio processit: illud idem velle ac nolle semper est visus, quod Rector ipse vellet, aut nollet. Florentii sui moderatori omnia et dicta, et facta meminere mirabatur, observabat. Senex, proveculae aetatis, pueri cui flexibilitas est animus, cum facilitate, tum maxime simplicitate pollebat. Suspiciones invidiae vitabat, nec quae vitiosa, tetraque vidisset, de illis temere quidquam staturabat. Infimum locum libentissime tenuit, terrae imitatione, quae et imo residet, et se pessumdari, concularique sinit: itaque honoribus sic offendebari,

ut alii solent iniuriis irritari. Fratrum amantissimus, eorum molestias, laboresque pro sua virili parte relevabat: laborandi et patendi ita cupidus, ut adeo aeger tertio ante mortem die, lectum sibi ipse straverit, ne aegrotantium adiutori toties negotium exhiberet. Quare sacris omnibus rite procuratis, nihil perturbatae, cessit et vita: non enim illius mors misera esse potest, cuius beata vita fuit, et Mariae matris cultu glorianda. Ad hunc locum pertinent miracula, et oera stupenda valde, quae ad invocationem beatissimae Virginis Mariae apud Tungros Cambrones, et Servios in Hannonia, ac Dominam gaudiurum in Picardia affulserit ab anno 1081. ad annum 1605. et quinque libris comprehensa Coloniae sunt edita anno 1607. Huc etiam referri debent beneficia, et miracula divae Virginis Hallensis, et divae Virginis Sichimensis a Iusto Lipsio duobus libris descripta: item miracula patrata Laureli in agro Piceano, quae Horatius Tursellinus eleganter enarravit.

§. CLII.

Ex miraculis beatae Virginis apud Tungros cap. 21. Anno 1220. Domino Petro Tornesio Abbate Cisonii vita functo, dominus Ioannes Ladhemi vir qua religione, qua vitae sanctimonia celebris, in demortui locum a capitulo est electus. Quae res Dominum Theodoricum de Auch male habebat, qui nihil non tentabat, omnemque quod aiunt, lapidem movebat, tum promissis, tum muneribus, ut ad eam dignitatem provocheretur. Etsi vero eam ambitiose prosecutus est, tamen, quod neque capax, neque idoneus esset, passus est repulsum: fugit enim gloria persequentes, qui unbram dumtaxat, et speciem virtutis in se contulerunt. Ac caecodaemon, accessio in eius viri animo ambitionis igne, abominabile quid ei suggestit. Proditorie enim hic Theodoricus colludit cum electi ministro, adseito quoque alio nebulone, secreti conscio, quorum opera de nocte, Ladhemi cubiculum ingreditur: quem dormientem, annexo ad collum laqueo, suspendit et lacunari cubilis, fortiter premit, et strangulat, et mortuum demittit, eumque intra thori lintea recondit, pendente ad collum furore; hinc cum sceleris affinis recedit, obsertat cubiliculi foribus. Porro bonus hic Antistes, lethales sentiens angustias, sese Deo commendarat, et nostrae Dominae Tungrensis, quam singulari affectu prosequeretur. Exorta luce proxima, quae eius benedictioni erat destinata, mirari omnes coeperunt, quod ad aedem sacram non veniret: ad cubiculum concurrunt, fores pulsantur, aures attentae praebentur, et nihilum responsi quidem accipiunt. Quaerunt minister perversus, imo iam homicida maledictus, qui clavi ianuum patefaceret; at illo Tornesio effugato. Fractam est ostium, mortuus in lecto invenitur cum furore ad collum alligato. Dominus Theodoricus affirmit eum desperasse, sibi que necem consci-

vise: pergit ambire dignitatem, asserens Ladhemi electionem a Deo reprobatam, quae se potius eligendum contendeat. Interim cadaver ad locum affertur capitulare: super lugubrem pannum deponitur, et cooperitur, donec sacrum divinum officium foret completum: iuxta corpus manet novissus quidam frater Petrus a Belliolo, defuncti nepos, 13. annos natus. Nola vero consecrationis corporis Christi praehabala sonante, puer in has voces erupit: O domine Ladhemi mi avuncule, placeat Deo, et Virgini Matri animam tuam recipere, o avuncule, avuncule, quanto moerore propter mortem tuam conficior. Quibus dictis, in sibi res stupenda nimis. Mortuus quippe, ceu a graviore somno excitus: Gaude, inquit, mi nepos, non sum mortuus. His auditis, puer et metu occupatus, et gaudio ebrius, properat ad chorum, et magna voce clamat: Non est mortuus avunculus meus, mihi iam nunc locutus est. Religiosus quasi amens, et prorsus altonius, ad praefatum capitularem locum dicto citius advolat, et praedictum Ladhemiium offundunt, honeste panno contextum, flexis genibus orantem Deum: quem illo ipso schemate ad chorum adducunt, retulitque iis se Tungris venisse, ibique accepto ad usum brevuario, et veste pastoris, qui magister, et divus Ioannes Nazaretus dictus est, sacrum fecisse ad altare beatae Virginis; in cuius rei satisfactionem se ibidem funem, quod strangulatus fuerat, reliquisse. Quod superest, nescisse, an in spiritu tantum, an in spiritu, et corpore simul id contigerit. Qui autem aderant, iam insolita narratione stupefacti, diligerent in rem totam Tungris inquirunt. Omnia reperuntur veritati consona. Latrones comprehensi, convicti, et commerto supplicio affecti. Divus Ladhemi, designato loco, stallum vocant, accepta benedictione, factus est Abbas Cisonii. Provinciam illam ad annos unum et triginta cum laude administravit. Evolutis a benedictione diebus duodecim venit pari numero religiosorum comitatus, nudis pedibus, omni cum humilitate gratias acturus beatissimae Virgini. Tungris ad triduum demoratus, praedicari fecit hoc miraculum, et populum alloquens: ego, inquit, is ipse sum, cui tantam gratiam beatissima Virgo contulit: agamus illi pariter omnes quam maximas possumus gratias: delectamus reverenter genia, confitemur nos tantis indignos favoribus. Tandem Abbatiale mitterat, et pedum de sui conventus et capituli consensu nepoti suo iam memorato resignavit. Quo facto, sedem et domicilium Tungris delegit, ubi ad sexenium vixit, mirae semper beatissimae Virginis amore flagrans, in cuius servitium, et loci decorationem erat propensissimus.

§. CLIII.

Ibidem capite 23. Anno 1259. die Aprilis 18. quidam Petrus Montius, incola pagi Bauffiae, domum rediens sub vesperum trucidatus fuit grandi malleo per fabrum quandam

mirarium, cui nomen Flaminius Hanninus, natum annos 24. Haec caedes tam secreto perpetrata est, ut nulli innoteret; quibusdam tamen indicibus, et coniecturis verisimilibus imputata est Mattheo Nigro, et Ioanni Carbonio eiusdem pagi incolis, quod paulo ante tres illi inter sese conflixerant iuxta hospitium cervi in foro Cherviae, verbis utrimque minacibus; maxime autem ab istis duobus, qui se a nominato Petro laesos querebantur. Unde hoc in iurium fundamentum, apprehensi fuerunt per Praetorem, et Senatam Cherviae, adeoque acrius habiti in tortura, ut confiterentur se auctores caedis, quo sic vitae et intolerandis cruciatibus finis imponeretur. Ex hac confessione extorta, capitis damnum sunt, Idque sequenti die, qui tunc erat 12. Cumque e domo civica, ubi lata erat in eos mortis sententia, ingrederentur ad carceres, audierunt pulsum campanae ad completorium apud Tungros: unde factum est, ut ex intimis praecordis cum gemibus et lacrymis b. Virginis, innocenciam matri se commendarent, protractis precibus in horam noctis 12. prout audiverunt, carceris custos, carnifex Montensis et satellites, his audiendis mire delectati. Quo facto dormiunt: in aedicula Tungrensium se esse somniant, Deum precantes coram imagine sanctissimae et pietissimae afflictorum patronae. Somniant et oratio felicem exitum sortita sunt, ita ut summo mane sub auroram custos aedis, aperturnas portas, invenerit viros duos, ferro catenatos in vesibulo cubantes, gravi somno oppressos, apud quos territus clamavit, versat, percussit, ut exiret, sed frustra, donec plures alios ad se invadum vocasset. Aedituus vehementer perterritus, donec tandem experrectos videt, ad illi existimantes carnificem esse, veniam petebant. Ad aedituum, et qui cum eo erant, interrogarunt eos quomodo essent, quive eos ad istum locum adduxisset? At ipsi sese adhuc in carcere esse existimantes, responderunt, se esse miseros illos captivos, de quibus hodie Cherviae supplicium sumendum erat. Cumque intelligerent se Tungris esse ante fores aediculae, miro gaudio, alacritate, et incredibili stupore affecti sunt. Inducuntur in aediculam b. Mariae, ubi statim ferrea vincula ex ipsorum pedibus, et manibus exilierunt, idque praesente populo illic congregato, qui non modice gavisus est, ac Deo Virgini quo misericordiae matri gratias egit: hoc factum innotuit Cherviae. Visitantur carceres, quos vestibus, et pessulis obductos inveniant, sed carceris custodem coniciunt in vincula, quasi qui captivis carceris fores aperuisset. Interim Praetor et Magistratus solliciti Tungros veniunt, comitati uxoris et liberis captivorum, item propinquis amicis, et vicinis, ac liberis uxoris defuncti Petri Montii, magnoque populi comitate omnes insigne hoc miraculum audiunt, omnesque unanimi consensu in Dei, beataeque Virginis laudes prorumpunt, captivis declaratis liberis. Quod agnoscentes illorum uxores tanta laetitia sunt perfusae, ut quasi extra se raptae, in terram corruerent. Vix illo in ipsis vitae indicio superstitae; maxime vero uxor Ioannis Nigri, quae sic per

tres horas affecta est, et tanquam mortua, delata ad imaginem beatae Virginis. Quamobrem maritus eius sese humi prosternit, ac devotissimae sacrae Virgini supplicat, ut quemadmodum illi ab imputata caede innocentes erant, sic miserae coniugi suae vitam restituit, et liberationis suae gaudium duplicet: et ecce illico ad sese sana, et incolumis rediit. Porro Flaminius, caedis auctor, captus amore cuiusdam puellae Cherovensis, cui nomen Anna Boveheria, Nicolai filia 18. annorum, eam 8. Octobris insequentis abduxit, ut eadem luxuriose abuteretur, sublatis clanculum Nicolai pecuniis: quod ut rescivit, eos persecutus est. Cumque puella Ormegium pervenisset, ad viam, quae Tornacum ducit, partim metu, partim synderesi percussa, Tungros revertitur ad cognatam quandam suam, cuius ope postea patri suo reconciliata est, at nebulo tabernam cerevisiarum adit, ubi a Senatu Tungrensi captus, et quaestioni admodum, pecuniam reddidit, confessusque est, se Petram, de quo supra meminimus, occidisse, sed et aliam caedem patrasset Aldenardi; quo etiam nomine inde exulaverat. Priusquam moreretur, ab uxoris, et liberis Petri, ac Matthaei Nigri, et Ioannis Carbonii supplex veniam petere voluit; sic igitur de illo sumptum ibi supplicium.

§. CLIV.

Ex libro de miraculis b. Mariae Virginis apud Tungros in Hannonia. Anno 1215, pestis saevissima Athum oppidum, et ut omnia vicina loca invaserat, eratque ibi multia peregrinatrix ad Tungros, nomine Nicolae, quae nihil sibi metuebat a pestilentia, quod beatae Virginis bonitate subnixae esset, et inscripta albo sodalitates eius apud Tungros: quo fiebat, ut vicinos, et amicos suos incitaret ad votum peregrinationis Tungrensium. Persuasit hoc quam plurimis, qui cum suis domesticis a peste immunes exiterunt, et ad Tungrensem aediculam peregrinatione suscepta, actisque inde beatissimae Virgini gratis, sese peregrinorum et sodalium catalogo inscribi fecerunt. Et hoc rumore totum per oppidum sparso, civium animi pia devotione ac devota pietate mirabiliter fuerunt inflammati. Quae res loci pastorem permovit, ut publicam ac solemnem processionem ab Atho ad aediculam Tungrensem populo novis delibato gaudiis indiceret. Ventum est eo non sine magna pietatis significatione, sacrisque caeremoniis. Auditis est praeco ille divini verbi Ioannes Regius, modo commemoratus, qui tantam credulae plebis animis ingeneravit fiduciam de favore, et auxilio Dei per beatissimae Virginis merita obtinendo, si modo serio ad Dominum converterentur, ut inde salutaris admodum successus et laetus eventus prodierit. Ab eo enim tempore vindex Dei manus exarmata est, et horribile Dei flagellum in oppido iam nominato conquievit, ita ut exinde nullus omnino cuiuscunque demum aetatis fuerit, pestilentiae mor-

bo sit sublatus. Insigne hoc, et evidens miraculum nusquam non innotuit, unde et alibi populi similem verae conversionis viam sunt ingressi.

§. CLV.

Cyrillus Monach in vita Sabae. Procop. (lib. 5. de aedificiis Iustini.): Abbas Sabas ad Iustinianum Imperatorem missus orator quiddam postulavit, oblinuit. Post Palaestinis causam dixit, quos Samaritani iniuriose tractaverant, monasteriis, quae ipse multa fundaverat, propugnacula turresque poposcit, hostium quippe palebant incursibus. Haereticorum falsa dogmata, primo Imperatorio edicto, dein severo, si delitae pergerent, supplicio puniri, ac vendicari solvit. Deiparae templum ab Aelia patriarcha Hierosolymitano aedificari coepit, ut consummaretur, oplavit Caesari, si rogata faceret, remunerationem ab immortalis Deo, qui fandi et nefandi memor est, minime defuturam. Sed Sabae non rata praedictio. Nam cum ei suorum legato Iustinianus non modo acquiesceret, sed etiam prope obtemperasset, Palaestinis tribuit relevasset, haereticos funditus eiecisset, praesidiis monasteria firmasset, Deiparae templum ab Aelia inchoatum ita perfecisset atque exornasset, ut Cyrillo, Procopioque testibus simile nullum inveniretur, ac proinde ob singularem, et nunquam alias visam operis artem, venenata, nova quaedam ac inaudita diceretur ecclesia; multaque praeterea toto orbe in laudem eiusdem foecundae Virginis, immensi operis basilicas apparasset, universa politus est Africa, quam Wandali Romanis ereptam annos 65 possederant, et Romam receptam amissam, Romam, inquam, Gothis ademptam, subdionem, imperiumque subiunxit, eiusque claves accepit, simulque Petri claves in Papa Vigilio recognovit. Africam vero illius causa petierat. Nam Theodosio Imperatore Arcadii filio, cum Nestorio sacrosanctae Virginis acerrimo hoste, dissimulante agenteque remissius, elsi enim Archiepiscopatu privatus est, tamen in monasterio s. Enprepiilibere cum quovis agere, congregique permisso, multos infecti, sequuta est ultio divina. Siquidem et Africam tertiam mundi portionem Wandali occupaverunt, et Constantinopolitana civitas triduano exarsit incendio. Quid enim tam accusabile in principe, non quidem haeretico, dissoluto tamen, quam ut Nestorius post Concilii damnationem toto quadriennio in monasterio clausus, variis et multis, quod affirmat Evagrius, muneribus afficeretur, et pro carcere delicias inveniret? Attamen Iustinianus ultor haereticis, et intactae Virginis magnus amator recuperavit Africam; et quandiu sanus esse voluit, pietatis fructum tulit uberrimum, immo Dei sancta Parens, et Iustinianus Imperator visi sunt quodammodo mutuis officis decessare: nam cum hic adversus improbiissimos Nestorianos Mariae summum omnium titulum defendisset, quo vera Dei est Mater appellata, vicissim ipsa rependit, ut orbis teneat imperium, quandiu sancte vixit, et se ca-

tholicum praebuit, prosper fuit, fluxereque res ad voluntatem; ubi vero se exultit, et audiens dicto Rom. Pontificis esse noluit, ad ima depressus est, et cum primum perturbare coepit Ecclesiam, assentitricque Theodora coniugi, seque mali principis corroboravit audacia, odio esse iis coepit, a quibus cum saperet, laudabatur. Itaque repentina est morte sublatus, et, ut credit Evagrius, delusus in inferos. Cum iunior Iustinus vastari a Persis audiret imperium, ad conciliandum sibi Dei numen, synagogam, quae erat Constantinopoli, Iudaeis ereptam, ac rite expiatam, Dei nostri sanctissimae Genitricis esse fecit ecclesiam, fuitque huius unius solum templi auctor. Iustiniano plurimorum architecto longe felicior: nam cum morti iam vicinus, mente desperet, ac proarus deliraret, resque imperii in summum essent adductae discrimen, misericordiae Mater, iudicii, ac sensus integritatem sanitateque restituit. Ergo Tiberium religione ac virtute praestantem, maximo cum reipublicae bono imperii successore nominavit, et cum eo patere locatus quid faceret, quid contra defugere, sapienter salutariterque praecipit: et cum Iustinus hic principio bonus, sese contaminasset in fine, pecuniarumque avidissimos multos bonis, et fortunis eversos perdidisset, veluit, ne se in avaritia saevitiaeque pravis adulatorum consiliis abducere sequeretur: illud etiam Tiberium his verbis admonuit, ne sis superbus, et non peccabis. Licuit auxiliandi quoque Deiparae, peccata confiteri, et quiddam deliquisset, se audienti aperire presbytero: ita unius fabrica templi catholici, et se quamvis sero corrigenti Iustinio felicior fuit, quam Iustiniano, tam multae, quae homines tandem haeretici, et omnia corruptantes in fine, et constantiae et puritatis amantissima Virgo non videtur accepisse.

§. CLVI.

Fulbertus (in li. de vita, et moribus s. Auberti Cameracensis Episcopi): Galliae rex Dagobertus Auberti Cameraci Praesulis fama incitatus, regali fastu deposito, ad eum supplex adibat, illiusque sermionibus ac monitis docilem animum, attentasque aures non sine totius regni administratione praestabat. Episcopi hospes erat assiduum, ex unius congressu, alloquio, consiliis, et ex illa crucis consignatione Pontificis, quam benedictionem appellamus, incredibilem animo voluptatem capiebat; Aurberticae manuum suae capiti admovent omnia fastu felicitate praecantis, et triumph unumque Deum invocantis, in maximis bonis rex inclutus numerabat, sanctaeque illius amicitiae perpetuitatem cunctis anteponebat: idque agebat, ut a praefato sanctoque Antistite quotidie magis amaretur. Et vero quidam Auberti intimus regem sic affatus est aliquando: Si vis charus esse Pontifici, quod te velle praefers, illi ecclesiae, quae beatissimae Virgini dedicata est, quam fert Auberti in oculis, bona, et possessiones augeto, illius templi do-

na Episcopo cordi esse, non laborare de ceteris. Rex intellecta Episcopi, quem maxime diligebat, voluntate, Fratribus, qui duce Aulherio, in oratorio, ut vocant, beatissimae Virginis ministrabant, locuplectissimum vestigal attribuit ad humanos usus, et vitae subsidia. In hoc autem d. Matris domicilio nobilis quidam puer, nomine Laudinus, ab ipso Aultherio educatus atque educatus, maximam sui expectationem concitavit. Enimvero astutus ille serpens eo magis Laudinum afflatu pestifero inficere instituit, quo illum videret esse meliorem. Itaque, exacta pueritia, in qua castro de Pontifice, perdidit hostis effugit insidias, contubernium, et sociorum consuetudine depravatus, occultaque mali daemone machinatione devictus, a suo et alumno, et praeceptore defecit, monasterio deserto, et principio miles, post factus est laico, et is laico, quem nemo teler audacia, nemo saevitia, nemo rapacitate vinceret aut superaret. Et quoniam metuebat, ne ipso nominis indicio a suis postea generosis parentibus inveniri, tacito Laudini proprio nomine, Maurosus se voluit appellari. Haec monstra ubi ad sancti et paedagogi, et magistri Aultherii aures venerunt, acerbo est fetu juvenem prosequutus, diabolique et audaciam, et eius matrem invidiam detestatur: pro deperdit illa ovis bonus pastor assidue precabatur, non ignarus, orationis quam arma sint fortia. Et operis quidem fructum consequutus est uberimum: nam cum divitis cuiusdam domum nocte Maurosus deripere statuisset, ad eamque rem, et furti socios advocasset, et necessaria instrumenta paravisset, unus ex furibus, dum scalae admoventur, ascendit incautus, et mortuus subito concidit, cuius animam, poenas horribiles apud inferos patientem, Dei singulari misericordia Laudinus inspicxit, et ab angelo, ut respiceret, admonitus, quem angelum Aultherii preces, et lacrymae Deo mittente, e caelo devocarant, ad sanitatem remigravit, secus s. Pontifici Aultherio restituit, cui post asperum vitae genus, postquam inundantes lacrymarum fluvius, sic se bonus ille Dismas laico probavit, ut iubente Aultherio, monachatum sacerdotio coniunxerit, et se utroque munere dignum exhibuerit. Ut autem superioris vitae flagitia virtutibus corrigeret, et malefactis beneficia compensaret, in illis isdem locis, ubi latronum receptacula latronum ipse dux antesignanusque construxerat, religiosorum monasteria fundavit, et quos antea scelerrimo socios habuerat, eosdem rerum divinarum atque coelestium consortes participesque delegit. Nec dubium, quin Dei Matris optime atque excellentissimae, in cuius monasterio fuerat educatus, praesidium invocatae profuerit. Has enim admirandas morum ac vitae conversiones a suo unigenito Filio Deiparae implorata, et simpliciter appellata consequitur. Dagobertus vero etiam ad restituendam Argentinensem ecclesiam, quae Deiparae Virgini devota erat ac dedicata, oppidum Babianum, totamque in circuitu ditionem pro sua liberalitate donavit. Neque labori praemium defuit: siquidem munitur Hierosolym et parum in castitate constantem hunc

Francorum regem haec in Virginem et coelestem pietas a purgandis flammis dirisissimis poenis, ut regis Ludovici pii testimonia intelligere licet, liberavit.

§. CLVII.

Metaphrastes (*in vit. sanct.*): Nobilitas orta parentibus, Oegineque insulae civis Athanasia in tenera aetate viro nupsit, quem bellantem Martis vis percussit, et ira victoris; alterique collata est, qui, Athanasiae hortatu, ad monasterium Virginum aspirantis, monasticum vitae genus elegit, ipsaque coniugali soluta vinculo, in coenobio sacrarum Virginum immortali se sponso devovit, cuius non multo post Antisita facta est ob vitae dignitatem. Cumque opibus abundaret, tria mirandi artificii templa constituit, unum gloriosissimae Deiparae, alterum Joanni Baptistae, tertium divo Nicolao, cui ob misericordiam in egenis praecipua quamdam religione serviebat: nam similis simul gaudet, et quae hospites, peregrinos, viduas, pupillos, pauperumque vulgus omne prolextat, misericordis memoriam Nicolai pio cultu prosequitur. Cum vero necessitas quaedam urgeret, et Constantinopolim concedere necesse esset, septennium in regiae urbis quodam monasterio commorata, exulem se dicebat, quod a templo Virginis, quae Deum pepererat, abesse cogerebat. Haec lugebat, lamentantia Athanasiae, virginalis illius templi, quod amabat, ac requirebat, in quodam mentis recessu, extasim Graeci dicunt, fores patere sanctae visae, simulque audita vox, quae illic iuberet introire. Igitur ad se rediens, et visa auditaque retractans, ex ingrata urbe migravit, desideratamque sedem avidissime repetivit, ubi post breve lempus mortis, vel potius immortalitatis admonita, sese ad obitum summa animi sui laetitia comparabat. Aderat festus dies assumptae in coelum Deiparae, cum Athanasia suas virgines monuit, ne quietam eorum, qui triumphantis Mariae ferias dicerent, funeris causa relinquere, sed festae lucis religione, ac caeremonia in primis procurata, corpusculum, haec eius fuerit verba, terrae mandarent. Nihil sacrae sorores extra praescriptum. Et quia coeli reginam Athanasia vivens, mortuaque dilexit, et studiosissime coluit, regalis ei amictus est datus, corona imposta capiti, gemmatoque sceptro manus honestatae. Hoc etiam Athanasiae tribuit, duae ex sacro illo numero virgines, quadragesimo post suae Antisitae mortem die, ex divina quadam visione cognoverunt.

§. CLVIII.

Damasceus (*orat. de dorm. Virg.*), Simeon Metaphrastes (*orat. de ort. educ. et dec. Mar.*), sanctus Augustinus Senensis (*in Tract. de Achil. Pel. vulner. et son.*), Surtius (*in vit. s. Don. Ep. Caenom. de vit. s. Maii*): Vir quidam, opibus

et nobilitate praestans, sua vero sorte non contentus, in villam, Christi Matris cultui dedicatam, atque devotam, cui Dannelus praerat, praeclearus Antistes, furem invaserat, et eam sibi cum summa ecclesiae pernicie, ac civium offensio vindicarat. Sacrilegum hunc Tyrannum Dannelus, ut respiceret, sibi caveret, et ad frugem reciperet, admonebat. Ut nihil agi videt, ad Deum se convertit orandum, utque divinum suum nomen ostenderet, exoravit, nefariamque hominis audaciam accusat, qui bona, olim ad expiationem animarum Ecclesiae a fidelibus donata, et tributa, et rapere ausus est, et reddere appellatus, rogatusque renueret. Interim sacrilegus divina animadversione febrem patitur, cuius vi, atque aestu, sine ulla intermissione laetatur. Nihil sanior effectus ablata retinet, neque fertis villae possessionem cedit. Cumque febris arderet, et lecto affixus teneretur, nocte quadam praepotentis Dei Matrem, cuius res, et bona usarpaverat, irruentem vidit, quae ferro malleo, quem gerebat, pernicie regali frontem vulneravit. Ille nimio terrore concussus, confestim ad s. Episcopum misit, qui rogaret, ut quaecumque ex rebus b. Mariae, Deo, sanctisque Gervasio, ac Protasio dicitis, ablata essent, cum foenore, et incremento reciperent, sed reddere velle quam primum. Neque tamen prius convalescit, quam praesens Dannelus, quae erepta erant, conduplicata recuperans, pro aegrotante preces effudit; sed vulnus tamen in fronte accepti, ad rei memoriam, eruditionemque mullorum, quoad dives ille vixit, impressa vestigia remanserunt.

§. CLIX.

Beatus Petrus Damianus (*lib. 6. epist. ep. 32*): Dicam et aliud, quod in praefato contigit monasterio. Statutum erat, atque iam per triennium fere servatum, ut cum horis canonicis quotidie b. Mariae semper Virginis officia dicerentur. Erat autem inter eos Gozo, habitu monachus, reprobae quidem vitae, sed dicitis, et accuratae facundiae: hic coepit conqueri satis, superque sulficere quod sanctus praecipit Benedictus, nec novae adinventiois pondus debere superponi, nec nos esse antiquis Patribus superiores, qui videlicet haec superstitiosa, ac supervacua iudicantes, psallendi nobis melam, omnepaque vivendi regulam praefixerunt. Haec sane debere nos esse contentos, ne ab illa incautus declinantes, pro anfractus, et in via ducamur erronei. Quid plura? Contra Regnam mundi praerari visus est, et confecit: ad hoc nimirum Fratres versuta machinatione pellexit, ut solitas b. Mariae laudes ulterius non offerrent. Sed o divinum iudicium, a nostrae pravitatis intuitu non dormitans: mox enim adversus praefatum monasterium tot adversitatum grandines, tot undique bellorum, atque conflictuum exortae sunt tempestates, ut ipsis quotidie monachis minaces gladii necis exitum intenterent: fuit undique depraedationes, atque rapinae, conflagravit cum segetibus arcae fa-

miliares, ac servi sancti loci eruditer trucidantur, et non iam imago mortis, sed mors ipsa grassatur, adeo ut taederet etiam monachos vivere, dum nequaquam possent in prociat certaminis animum quieti suae professionis officium custodire. Non parvis expensis, ad Teutonum partes Imperator experitur, pragmaticae sanctiones cum singulis imperialibus advehuntur, sed laetandum est. In omnibus quippe studiis non fractus, sed labor supervacuos. Unde, cum ego petitione Fratrum saepe pulsarer, quatenus sequester accederem, et si possibile esset, pacis inter eos foedera continuarem; hac rogantibus voce respondi: Christus, inquam, est pax nostra, de quo etiam de Virgine recens nato, angelitus dictum est: Gloria in excelsis Deo, et in terra pax. Quia ergo Matrem verae pacis de suo monasterio proceperunt, dignum est, ut inquietis calamitatum tribulationumque procellis, atque turbinibus agitentur. Verum, ne lectorem diutius protraham, Fratres illi haec, quae dixeram, non dubiis erumpentibus signis, vera probantes, in arcto siti, tandem ad cor redeunt, pavimento se humiliter sternunt, ac precepta poenitentiae, nunquam se de cetero neglecturos solita Genitricis Dei praeconia unanimiter pollicentur. Mox itaque, ut fatear, ita post corcosos, atque tonitrua tanta coeli serenitate rediit, ut extunc usque hodie Fratres incundae pacis otio perfruatur, ac de scylaea voragine se delatos ad portum, gubernante filio Virginis, gratulatur. Impletum ergo est, quod per prophetam dicitur: *Revertimini ad me, et ego revertar ad eos, dicit Dominus.* Qui ergo facile seniorum suorum statula convellunt, ista conentur, ne divini furoris super eos gladius veniat, non sine causa formident.

§. CLX.

Naclerus (*generat. 34*), et Trilemius (*in Chronico Hirsaugensis monasterii*), et Canisius (*lib. 5. cap. 20*) eius meminit, et fusc (*in speculo exemplorum dist. 9. num. 175*) describitur: Udo apud Magdeburgum, Parthenopolim etiam dictum, in Saxonia, inertis ingenii, et ad litteras parum idoneus, dum in ecclesia maioris s. Mauritii, eiusque sociis dicitur, prostratus, Deiparae clementiam, et s. Mauritii patrociniatum ad ingenii acumen obtinendum implorat, aliquantum obdormivit. Cui Deipara apparet: Non solum scientiae, inquit, munus tibi tribuo, sed etiam post huius Episcopi mortem ecclesiam principis mei Mauritii tuae fidelitati commendo: quia si bene rexeris, praenium grande consequeris, sin autem male, in animo, et corpore morieris. Ille evigilans, in omni scientia peritissimus apparuit, et post biennium in defuncti Archiepiscopi locum cunctorum suffragio delectus, aliquantum diu bene vixit. Post aliquod vero lempus in omne seclis prorupit, nam facultates ecclesiae dilapidabat, mulieres etiam Deo sacras violabat. Cumque multis annis male vixisset, et quadam nocte cum Abbatissa quadam cubaret,

vox ad eum huiusmodi facta est: Cessa de ludo, quae lasisti sequi Udo: quam ille contempsit. Sed cum sequenti, et tertia nocte cum ingenti fragore eadem vox intonisset; aliquantulum ingemuit; verum minime respuit. Quare post tres menses, quidam canonicus Fridericus nomine, nocte orans pro ecclesia, praesertim Magdeburgensis, vidit Christum in ecclesia, in aurea cathedra sedentem, et iuxta eam Virginem gloriosam, in alia item cathedra aurea consistentem, sanctorum multitudine stipatos: cumque s. Mauritius de Udone conquestus esset, Christo iubente, a latere Abbatissae abstractus, eoque adductus est; quem s. Mauritius severius intuens, haec ad Christum: Domine, inquit, ecce iste Udo, non Episcopus, sed lupus, non pastor, sed raptor, maculator, et devorator est Domini gregis: adiecitque Deiparam ei scientiam tribuisse, et ecclesiam Magdeburgensem commendasse, quin etiam eum tertio montium vitam suam nequaquam emendasse. At vero Christus cum decollari praecipit: quare ab angelo capite truncatus in eodem templo male perit, sed ante decollationem multis pugnis collum Udonis valide percussit, et post quemlibet pulsam, hostia polluta per os Episcopi in calicem ab alio paratum decidit; quas omnes coeli Regina reverenter accipiens, diligentissime lavit, et super altare cum calice ponens, recessit. Mane autem facto calicem cum hostiis in altari, et caput Udonis abscissum, ac truncum corpus, et quod in suo sanguine iacebat, inveniunt: pavimentum vero marmoreum, atque candidam adeo sanguine est infectum, et ei conaturalis videatur. In eo autem loco, ubi est decollatus, novi Episcopi ad orationem prosternuntur, ut exemplo Udonis sibi cavere discant. Canonici vero Fridericus, qui haec omnia non in somnis, sed apertis oculis viderat, ea cunctis narravit. Contigit mors Udonis anno 985. Othone tertio imperante.

§. CLXI.

Cedrenus (in compendio) narrat: Cum Heraclius Imperator una cum exercitu in Perside adversus Cosrohem Persarum regem degeret, Hunni occidentales, quos Avarae Thraeces vocant, a Cosrohe sollicitati anno 625. Constantinopolim Imperatoris praesentia destitutam; magnis copiis terra, marique invadunt; sed Deiparae praesidio sunt servati, de quo Theophanes in annalibus Graecorum in hunc modum scribit: Avarae Thraeces urbi Constantinopolitanae appropinquantes, hanc depopulari parant, multis machinis adversus eam commotis; idemque et navium sculptarum ex Istro flumine multitudine infinita delata, sinum repleverunt maris. Decem sane urben obsidentes, bellum terra, marique gerentes, Domini virtute pariter, et cooperatione, necnon et intercessione Dei Genitricis, et Virginis Mariae intercessionibus superati sunt; amissis vero terra, marique ingenti numero suis, magno cum dedecore discesserunt; haec Theophanes. Ve-

rum quam ratione per Deiparam servati sint, ita ut et obsessi, et hostes hoc cognoverint, Cedrenus (in compendio) narrat his verbis: Tale enim quippiam hostibus accidit. Viderunt Barbari prima luce, cum sol oriretur, mulierem quandam illustrem, eumtuchis comitatum, Porta Blachernarum exeuntem; Blachernis autem erat templum Deiparae celeberrimum, quo Constantinopolitani ad Deiparam conflere solebant, quam cum Heraclii opinarentur uxorem esse, et ad suum Principem ob mariti absentiam ire, pacis petendae causa, transitum ei concesserunt, subsequentem ex urbe hominum turbam ipsi adorturi. Ut vero fossae ambitum egressam, non ire ad regem viderunt, insecuti sunt eam usque ad locum, cui veteris saxi nomen est: ubi cum fere eam essent assecuti, illa cum suis ex oculis, et conspectu eorum evanuit. Ipsi autem, tumultum concitato, inter se congressi ad vesperam usque, strages mutuo eviderunt. Mane insperatus diei dux inquirens, quod maiorem strorum partem intestino conflictu periisse videret, ruperit domum rediit, statimque classis ab obsessione recessit. Quam domum revertentem, in Euxino mari oborta tempestas, ita afflixit, ut peracti ad suos redierint.

§. CLXII.

Baronius (in Monologio tom. 9. *Annal. ad annum Domini 717. et 718.*) affert: Anno Domini 717, qui fuit secundus Leonis Isaurici imperatoris Constantinopolitani, cum nondum ipse sanctarum imaginum cultum impugnet, Constantinopolitana civitas trienni Saracenorum obsidione cincta, Deiparae auxilio est liberata: quin etiam duae Saracenorum classes, quarum altera ex Aegypto, ex Africa altera solverat, quibus annona ferebatur, Saraccis urbem obsidentibus, male perierant, missis ab Imperatore contra utramque classem igniferis navibus, de quibus Theophanes. Tunc, inquit, Deus cooperante, et intercessione innumeratae Dei Genitricis Mariae, protinus submersi sunt inimici, et assumptis spoliis nostris, et expensis eorum, annona videlicet, cum gaudio reversi sunt; haec Theophanes. Erant autem naves igniferae, quae igne in classem hostium coniecto eam comburebant. Theophanes enim et Cedrenus referunt anno quingulo Constantini Pogonati, qui in annum Domini 672. incidit, adventum de novo ignem, quem Marinum vocabant, eo quod in mari arderet, sed ad obsidionem Constantinopolitanam redeuntes Saraceni, urbem obsidentes, destituti annona, fame, et peste perierunt, trucidatis ex illis a Bulgaris viginti duobus millibus. His omnibus attestatur Beda (in fine libri de actibus), et ut verbis utar Theophanis, experimento didicerunt Saraceni, quia Deus, et sanctissima Virgo Dei Mater Maria, hanc munuit urbem. Meminit huius liberationis Constantinopolitanae, ope Deiparae factae, Gregorius Secundus Pontifex in Epistola ad Germanum, qui tempore obsidionis ecclesiae Constantinopoli-

tae, erat Patriarcha, quae electa est in secunda Synodo Nicaena (Act. 4). Propugnatrix, inquit, illius sanctae, et omnium Christianorum Dominae miranda facta, quae in te declarata sunt, per quae tu quoque contra hostes servatus, non sunt reticenda. Illi enim cum insania multa tumultuarentur, tantum inveniunt in se adersitatis hostilis, quantum eorum causa iniustitiae habuit. Neque hoc tamen mirandum est: nam si Bethulia per manus Iudith Israelitis mulieris servata est, cuius opus Hofoferis erat sublatum, et per ea tempora ob id salus Israelis vocata est; quomodo non oportebat, et tuam sanctitatem, huiusmodi propugnatrix utentem, hostibus civilis praevale, ipsamque victoria coronare; haec ille. Et certe cum Gregorius Pontifex de sacrarum imaginum cultu in ea agat, non abs re existimat Baronius (tom. 9. *annal.*) ad annum Domini 717, cum verbis illis significasse, venerandam Deiparae imaginem supra muros solenni ritu circumductam, et hac ratione ab imminenti periculo civitatem illam tunc liberatam. De classibus vero Saracenorum Theophanes haec subiicit. Ad haec Saraceni, qui ex obsidione superferant cum multa confusione, 18. Kalend. Augusti reversi sunt. Cum autem navigaret classis eorum, tempestas a Deo per intercessionem Dei Matris incumbens in illos, hos dispersit, et alios quidem eorum penes Poponessum, et reliquias insulas; alios vero in vertiginis, et ceteros demersit in aequore; superresiduos vero, cum transisset Aegenum pelagus, ex templo grando ignea decidens, aquam maris bullire fecit, et pice liquefacta, naves simul cum hominibus induectae sunt in profundum, decem solis ex eis salvas, ad Dei magnalia, quae in ipsis facta sunt, nobis, et Arabibus annuacianda: quinque enim a nostratibus captae sunt, quinque vero salvae in Syriam deductae; ita Theophanes. Eadem habet Cedrenus. Quare quolannis pro tanto beneficio gratiarum actiones solennes sunt decretae, quemadmodum in Monologio Basilii Imperatoris die 15. Augusti habetur, ubi etiam additur, Saracenorum Principem petisse, ut urbem ingrederetur, eamque cereret, pollicitus post haec inde discedere: quod cum ei concessum esset, et per portam Bosphori equo sedens intrare vellet, alii suis sine molestia ingredientibus, solus Principis equus intrare volebat; respiciens vero sursum, vidit supra portam Dei Genitricis imaginem. Tunc se novit hoc passum, quod eandem auxiliantem civibus blasphemasset, desistensque et recedens, cum suis in Aegeo pelago ad ignifera procella consumpti sunt; haec a Baronio in Monologio.

§. CLXIII.

Vincentius Belnacensis (l. 22. *spec. hist. c. 27.*) his verbis: Sigibertus, anno Leonis II. Constantinopolitani, instantia orandi, et constantia praeliandi fortiter resistunt Saracenis. Saraceni fame, frigore, bello, pestilentia sine numero per-

CARTHAGENA de B. M. V. — Vol. III.

reunt. Fertur autem, eos miranlose hoc modo perisse. Apud Constantinopolim in monasterio sanctae Dei Genitricis iuxta palatium in mari prope s. Sophiam erat imago beatae Mariae, quae lenebat infansem in brachio, quam depinxit in tabella sanctus Lucas, cum adhuc viveret sancta Maria. Haec imago vocatur Oligitria. id est deductrix: quia duobus caecis apparuit sancta Maria, et deluxit eos ad suam ecclesiam, et illuminavit eos. Cum ista imagine facientem professionem omni die Martia per totam civitatem. Cum ergo, ut supra dictum est, obsessa esset civitas, et cives ieiunarent, et orarent simul, et pugnarent; quidam cives admonuit, afferri illam imaginem, et ab omnibus orationem ad illam fieri hoc modo: Sancta Dei Genitrix, quae toties nos liberasti, libera nos modo de inimicis Filii tui, et in mari merge illos. Et cum hoc dixissent, statim procella surrexit, et omnes naves Saracenorum aut miserit, aut fregit; hancque Vincentius.

§. CLXIV.

Coropulastes Graecorum rerum historicus inquit: In Oriente Saracenorum principes, qui Tarsi imperabat, cum ad Andream duem Basilii Imperatoris Constantinopolitani, qui regnare coepit anno Domini 867. misisset litteras, superbiae, et maledictionis plenas, et haec indicantes: Nunc video, o Mariae Filius, eiusque parens tibi proderit, cum contra te cum meo exercitu progrediar. Quas litteras, convitii plenas, acceptas, ipsi imagini Dei Genitricis appendit, haec locutus: Vide, o Mater Dei, tuque ipsius Filius, et Deus, qualia exprobravit, et superbe dixit contra tuum superstitem populum barbarus iste arrogans. Quibus dictis, assumptis Romanis copiis contra Tarsum proficisceretur, et cum ad Podandum pervenisset, ibi cum hostibus congressus, multa caede fundit, et fugat barbarorum multitudinem, cum prorsus ibi eorum Dominus occubisset: pauci vero vix se Tarsum incolentes recipiunt. Sepulchra autem suis, et hostibus in unum locum coactis, magnaque erecta ad posterorum memoriam columna, in patriam rediit cum sociis; haec Coropulastes.

§. CLXV.

Magister Alanus De Rupe (in *aur. lib. Ros.*): Tempore, quo beatus Dominicus praedicabat Romae, maxima cum populorum frequentia, et dominorum cardinalium et aliorum magistratum, omnes, et singulos hortabatur ad hanc fraternalitatem: nec quidem inaniter, quia multum profecit. Multi autem ad eum accedebant confidendi gratia, quibus cum alia poenitentia imponebant, ut dicerent psalterium Mariae, non intendens tamen eos obligare ad mortale, si illud dimitterent. Accessit ergo ad eum quaedam nobilis matrona Romana, quaerens confiteri ei; cumque imposuisset cum aliis poe-

nitentius peculiaribus, ut per singulos dies unius anni diceret dictum psalterium, hoc respicit facere, dicens: Pater, habeo de consuetudine facere certas orationes, ieiunia, et elemosinas, atque peregrinationes, visitando sancta loca huius civilitatis: non curo de Rosario vestro: non enim possem omnibus intendere. Haec ergo dicebat, et quod gravius est, alios ab hoc sancto proposito revocabat, dicens, hoc esse vanum, et inutile; et quia erat mulier multum potens, et bonae existimationis, multi sibi credebant. Cumque intellexisset vir Dei Dominicus, coepit fundere preces ad Dei Matrem, ut illuminaret eam. Mira res: nam non multo post subito rapitur in somnis, et iudicium Dei intuetur horribilissimum, adduciturque ante iudicium iudicanda, ubi per maxime reprehensa de inebriantia ad virum Dei Dominicum, et de scandalo aliis dato, quomodo, quantum in se fuerat, a dicta confraternitate revocaverat, quamvis in aliis satis bona esset; propter quod adiudicata fuit, etsi non ad damnationem, tamen ad mirabilem poenam, per daemones inferendam per aliquot menses. Cumque incredibilem poenam pateretur, ad Dei Genitricem se convertit, dicens: O Virgo virginum, o mater pietatis Maria, miserere mei pauperrimae peccatricis, quae laxavi linguam contra te; et ecce mox adest Virgo sanctissima, quae ligavit eam de maximis tormentis, dicens, o filia, filia duri cordis fuisti, insuper et Rosario meum sprevisti, confidens in aliis operibus tuis bonis. Sed nunc volo tibi ostendere, quanti sit meriti ipsi vacare. Quo die, apprehensa statera, parte ex una posuit omnia ieiunia, omnes elemosinas, omnes orationes, et peregrinationes eius; parte autem ex altera posuit ipsum Rosario, et mox depressit stateram ex parte sua, et alteram parlem levavit.

§. CLXVI.

Sanctus Antoninus Archiepiscopus Florentinus (2. part. tit. 16. cap. 2. sect. 3): Rollone duce, qui et Robertus est appellatus, profugum quidam pyratum facientes, Carnotum, nobilem Galliae urbem, obsederant; at incolae ab armis imparati, et a multis non bene defensi, beatae Mariae inclusivum Caroli Calvi donum ex Constantiopolitana civitate quondam allatum in urbis propugnaculis pro vexillo civilitatis indefensae tulamen, pie, ac fidenter expanderunt. Ridere hostes, sagittasque certatim in virgineam interulam, camisiamque dirigere. Non sera nuntius vindicta fuit: hostes caecitate confusos, neque se loco moventes, Carnoli cives ad satietatem usque trucidaverunt. Evasit tamen archipyrata Rollo, quem liberator omnium Christus suae fidei, ac religioni reservavit: nam Christiana sacra suscepit, et Northmannos, gentem suam, ad idem consilium, et animorum remedium salutae pertraxit. Illo ex tempore Northmannorum cum Gallis firma pax fuit. Contigit haec Carnotensium inermium miraculosa victoria, si Antonio credimus, cui

credere par est, anno a Christo nato octingentesimo septuagesimo octavo; etsi nos, qui exempla de Virgine selecta colligimus, de Chronico non laboramus.

§. CLXVII.

Augustinus Mantus (in hist. rer. memor. in Eccles. Dei gestor. cap. 86): Samnitum Praetor, Laurentum petens, Civitellam diverterat. Ibi nefarium hominem deprehendit, et assuetum in Deum, ac Virginem Laurentanam impia subinde verba iactare; ergo infensus ira, profusus exempli prodendi causa, vesanam magniloquentiam, execrata sacrolegi lingua, vindicavit: neque hoc contentus, eundem in custodiam traditum, asservari sedulo iubet, quod ipse Laurento regressus decerneret, an esset poena graviore molestandus. Itaque miser ille, sumpto aeger, sui ipsius sollicitus, aliquando respicit, et scelere in cultum verso, dies, noctesque Laurentanam Virginem placare tacitis precibus, votisque instituit; obsecrans, ut infensam sibi proregis leniret iram, dareque facultatem, animi habes sacra confessione capiendi. Nec ingratae Virgini, irritaque extiterunt impij hominis respicientis preces: haud multo post, species Deiparae illi in somnis obhata est, iubentis, cum bono animo esse, brevi fore ut custodia emissus, ad Laurentanam eadem pergeret, ibique peccata confiteretur novae linguae subsidio. Praedictionem comprobavit eventus: exproperato quaedam quasi lingua renasci coepit, qua haud sane aegre sensa expromeret mensis, et prorex. Laurento reversus, re cognita, parcendum existimavit, cui Virgo ipsa peperisset. Confestim igitur eum liberum dimittit, monitum, ut suo posthac periculo saperet, dantesque ad poenitentiarum litteris, miraculi testibus, Laurentum destinat, gaudio gestientem ad vota reddenda: quo ubi venit, haud magis proregis epistola, quam res ipsa miraculi fidem omnibus fecit: quippe patefacto oris hiatus, mira dictu, mirabilior visu res, simul recisam linguam, simul lingulam quandam subsascentem videbant, et tamen ubi vellet ille, quamvis bleso ore, audiebant loquentem: neque hic stetit res, postquam domum reversus, sacris mysterijs his terve perceptis, nova lingua ad iustam magnitudinem novo excrevit miraculo. Itaque Laurentum deo ad agenda Deiparae gratiae profectus, suis ipsis, qui exsecram paulo ante linguam viderant, quorum ex numero Raphael Riera fuit, qui haec memoriae prodidit, immortalis beatae Mariae deo reatam ostendit, cunctis rei novitate, atque admiratione attonitis, et tam exitum, tamque illustre miraculum beatae Virgini gratulantibus.

§. CLXVIII.

Ioannes Lopezius Ordinis Praedicatorum (de beatis. Virg. Rosar. lib. 1. cap. 15): Victoriam Hispaniae urbem a Sancto olim Vasorum rege Gastersi pagi mutato nomine, extractam Fredericus a Toledo Albae regulus anno millesimo quingentesimo duodecimo gubernabat, et eorum castrorum Imperator erat, quae Navarrae praesidium Castellae reges in illis locis collocarent. Est autem optimo principi, suggerente patre Martino a sanctis, ex divi familia Dominici, qui Frederici confessiones audibat, visum, faciendum, ut qui blasphemus esset, Deoque, aut coelibus iniuriosus, non alio nisi mortis supplicio puniretur. Crescebat nimirum, et in dies angebatur impiae nefariaeque linguae, vel ex impunitate, vel ex poenae levitate, licentia militaris, quae etiam in ceterum vulgus manabat, et perniciosissima contagione serpebat: haud multo post legem latam, plebique universae promulgatam, duo gravissimi huius sceleris accusati sunt; caesque cognita, capitis ex lege damnantur. Martinus, qui legis suavor erat, vir praecelarus, et animarum salutis percupidus, e suo coenobio egressus, ad custodiam vadit, et sordibus capitali supplicio sine ulla spe veniae addictis, auctor est Rosarii recitandi: Virginem eorum, qui se invocant, opportuna esse adiutricem, per necessario tempore subvenire solitam, nulli, quamvis indigno, operum suam denegare. Consilium alter ex damnatis accepit, alter obscuravit: cumque educti e carcere, in Hispanorum mos est, a sellis ad patibulum traherentur, ecce, quae Rosarii amatorem bestia portabat, ex media turba se proripit tanto impetu, ut nemo apparitor, nemo miles, nemo iudicis administrator currentem asinum inhibere posset: ille ad divi Dominici monasterium, rationis compotem diceret, rectique gnarum consilii, quam velocissime preperabat, nec ante currere desit, quam virgineum in coenobio sacellum, cui a Rosario nomen inditum, faventibus superis, penetravit, suumque sessorum ante Virginis altare constituit. Accurrit satellitum, et turba insequens, ut solum a templo abducant; sed eiusdem Martini a sanctis, et Ioannis Victoriani ex eadem familia valuit auctoritas, quorum hortatu parvum illi est, quem Deipara defendisset. Ipse beneficii memor, et tanto gratum miraculo, in monasterio permansit, quo se tardum illud animans, quasi quid ageret, sentiens delituisse, resque coenobii domesticae fratrum laicorum habitu procuravit. Porro Frederici uxori clarissima, tantum admirata prodigium, Rosarii precationem illo ex die praecipua quadam religione percoluit, multaque Rosariorum millia coemit, militibusque distribuit, qui se hac pietate adversus imminentes Gallos armaverunt, a quibus Iulibrica, Lucroonium vulgo decimas, obsidione cincta tenebatur; sed brevi secuta victoria est, et Galli profligati: non multo post in eadem urbe victoria Alabensis Cantabriae principe, Rosarii sodales, cum se ad purificationis ferias a cereis imparatos cererent, candelas triginta duas fingen-

das curaverunt, et in eum finem cereae massam octilibrem mercati sunt: hunc cererum numerum cum dedisset artifex, cerea superfluit ad totidem fere formandos: itaque sexaginta perfecti, quorum quinquae librae quadrantem ponderabat; sed candelae tamen universae illas octo libras, iunctis et examinatis omnium ponderibus exaequarunt: miraculi fidem appellati Iudices, scribae publici, et testium curatores acta fecerunt, quae in Victoriansi divi Dominici monasterio tabulatis asservantur. Cumque triduo toto cerei arsisset, singulisque omnium iudicio, cereae pars tertia defecisse videretur, tamen ad stateram provocati, novem librarum, et quadrantis pondus repperunt. Illud etiam admirationis accessit, quod cum in area sodales octo, et quinquaginta cereas faeculas demulxat condidissent, ubi ad iudicium, qui rem exploraturus advenerat, ab iisdem sunt prolatae sodalibus, unus ex sexaginta reperiit esse numerus, multiplicante Deiparae Virgine ceram virgineam.

§. CLXIX.

Nicophorus (lib. 17. cap. 13), Procopius (de bello Persico lib. 6), non satis esse Virgini, mortales ab hoste defendere, testis est Narses, et fortunatissimus, et fortissimus Imperator, quem Iustinianus Augustus copijs, exercitum praefecit, quod virgineum, consilioque praestaret, et quod primum maximumque esset, pietatem, et religionem ceteris rebus anteferet: Virgini enim tam sedulus cultor erat, tam amicus et socius, ut militares copias tum demum in aciem produceret, cum Deipara se illi videntem praebuisset. Igitur sacrae Virgini et consilii, et auxiliis Totilam vicit, barbarus ex Imperii finibus saepe numero relegavit, infestissimos religionis hostes verit in fugam, robustissimos duces Baselinum et Sidalidum, Baltiolum et Sisaaldolum nominat, subjugavit. Eraulque tam multae, tamque illustres victoriae angelorum Reginae tum potentiae, tum clementiae tribuendae, quae apparebat in praелиis, et Narsen, quid maxime esset expediens, amantur indicabat. Gothorum classici, quae tanquam densa nubes orientem obscurabat, timore Narselis repente dilabatur. Taranthum ab iisdem Gothis captum Romani recuperant, et praeter omnium opinionem Deiparae venerator Narsen, quamvis a Francis, et Gothis interesset obstructum, tamen cum exercitu Ravennarum pervenit in columnis. Rubiconem ab hostibus custoditum, occiso Gothorum duce, transivit, et in Tusciam occurrentem ingenti exercitu Totilam adiutor intrepidus. Signis collatis cum eo dimicavit, ad extremum interfecit, eiusque universum exercitum contrucidat: factumque est Dei opera, quod ipse confessus est Narses, ut rex ille bellicosissimus cum potentissimo exercitu, et innumerabilibus claro victoris, a semiviro Narsete, erat eam evanescens, qui tamen Mariae Virgini ope nitabatur, tam feliciter vinceretur: neque enim prius ipse admonitu Virginis cum

hoste conflegebat, quam praecili committendi signum caelitus accepisset: precibus enim excita succurrit, quae, ut canit Ecclesia, terribilis est, ut castrorum acies ordinata. Fuisse Narselem non modo beatae Virginis, sed etiam aequi amantissimum illa demonstrant, quae de eo Procopius scripsit: nos brevitatis studio silemus. Historia Pauli Diaconi de Narsele Longobardos evocante, ultro convicium Theodora Augustae, Italiamque prodente rejicitur; eo enim tempore non erat in Italia Narses, sed Constantiopolim morabatur.

§. CLXX.

Caesarius (*lib. 7. cap. 8*): Alius quidam ex monachis eiusdem loci, vir tanta gratia dignus, ut nocte quadam Dominam nostram sanctam Mariam videret chorum psallentium circumire, et singulorum vultus, mox incurrit apostasiam de aliorum, quid adhuc futurum sit, ignoratur.

§. CLXXI.

Idem Caesarius (*ibi. cap. 34*): Quaedam sanctimonialis Virgo, a quodam clerico verbis luxuriosis stimulata in tantam flanto Behemoth, cuius anhelitus etiam prunas ardere facit, succensa est, ut corde et ore petitioni eius consentiret, promittens, quod dielo completorio veniret ad locum conductum, erat enim custos ecclesiae. Dielo completorio, cum conventus ascendisset dormitorium, et illa exire vellet de oratorio, in ipso ostio Christum manibus in cruce expansis stare conspexit: cui cum egressus non pateret, ad ostium quod erat in opposito, ecurrat. Ita succensa fuerat in amore clerici, ut pene rationis expertus, quid circa se divinitus ageretur, minus adverteret. Quid plura? omnes ianus adit, et Crucifixum in omnibus invenit. Tunc ad se reversa, et terribila, dixit, forte voluntas Dei non est, ut usquam vadas. Solita fuerat eadem virgo singulis diebus specialem quandam orationem de passione Domini dicere, quam Dominus in tanto periculo remuneravit, visione tam utili: quae tremens ante imaginem Dei Genitricis se prostravit, de peccato suo veniam postulans: a qua cum imago faciem verteret, et illa obnoxius supplicatura propius accederet, imago maxillam eius percussit, dicens: quo vis ire fatua? vade in dormitorium tuum. Tam fortis erat alapa, ut in terram reuens, sic iaceret usque ad tempus matutinale. Cumque signa in dormitorio sonarent, et illa in oratorio non pulsaret, pulantes, cum esse in oratione, vel pressam sopore, intrantes, et in multo defectu illam reponentes, postquam refocillata, loqui potuit, omnia quae circa se gesta fuerant, ad honorem Dei et consorioribus suis recitavit: licet gravis esset alapa, prorsus tamen a tentatione per illam fuit liberata: durus morbus duram requirit medicinam.

§. CLXXII.

Auctor Pomerii (*ad beatam Virginem lib. 12. part. ult. cap. 1*) haec scribit: Primum miraculum de Iuliano Imperatore, qui ut ait beatus Hieronymus in Chronicis, contra Persas proficiscens, Christianorum sanguinem diu venerat post victoriam. Scribit enim Amplicius Episcopus Theonensis, quod ipsi Iuliano proficiscenti obviavit sanctus Basilius episcopus, cui insaniens Iulianus dixit: Cum Persas subiciens reversus fuero, civitatem tuam desolabo, pro eo quod Deos Deasque meas non adoratis. Basilius itaque rediens ad civitatem, narravit omni multitudini verba Imperatoris, praecipitque omni clero, et populo cum mulieribus et infantibus, ut ascenderent in montem Didymi, in quo erat templum Genitricis Dei, et tribus diebus ieiunantes, postularent a Deo dissipari Imperatoris iniqui scelus. Illis ergo orantibus, et flentibus, vidit Basilius in visu multitudinem militiae coelestis in monte hinc et inde, et in eorum medio super thronum gloriosum beatam Mariam, et dicentem ad circumstantes: Vocate mihi Mercurium, et ibi interficere Iulianum, multa blasphemantem in Deum, et Filium meum. Itaque sanctus Mercurius cum armatura sua venit, et iussus ab eis, velociter abiit. Expergefactus a somno magnus Basilius, venit in civitatem ad sancti Mercurii sepulcrum, ubi suspensa eius conservabantur arma, quae ibi non invenit: vocavit custodem, et ubi esset arma, quaesivit, qui assererat cum sacramento vesperi ibi ea fuisse. Unde Basilius visioni credidit, et cum disci revelavit, omnesque e monte reversi cum gratiarum actione, ad sepulcrum sancti Mercurii invenerunt lanceam eius sanguine madidam. Omni autem populo festum agente, in laudem beatae Virginis pro liberatione civitatis. Ecce die quarto venit in civitatem Libanius quaesitor Iuliani, dicens: cum esset Iulianus secus Eufratem fluvium, ubi etiam in castris custodiebant eum septem militum excubiae, ecce nocte quidam milles ignotus cum armis venit, eumque lancea cum valido impetu perfodit, qui subito ascendens, nusquam comparuit. Iulianus vero coepit blasphemando clamare, dicens: Vicisti Gallaeae, vicisti, et sic exspiravit.

§. CLXXIII.

Idem auctor (*ibi*): Secundum miraculum de responsorio: *Gaude Maria Virgo, etc.* Quidam etiam puer fertur, quod cum in scholis didicisset istud responsorium: *Gaude Maria Virgo, cunctas haereses sola interemisti, etc.* quod responsorium cantatur in festo purificationis b. Virginis, et cum pulchra voce per plateas, et civium portas hoc decantaret, porrigebantur sibi plurimae elemosynae, et ciborum reliquiae. Iudaei autem, quia plurimi in illa civitate commorabantur, cum audirent puerum canentem, multum dolebant, eo quod Matrem

Iesu laudaret, et Iudaeos per responsorium hoc confunderet, dicens: Erubescat Iudaeus infelix, qui dicit, Christum ex Ioseph semine natum. Stomachus igitur in vicinatu plateae unius Iudaeorum, cum puerum talia canentem audiret pluries, accessit, et vocavit, quasi aliquid, puta pomum, vel simile se daturum asserendo, et sic promissionibus, ac xenis fructuum ipsum in domum suam advocavit, tanquam si tantum istum ab eo velit audire. Puer simpliciter praeditus, secutus est promittentem Iudaeum; et mox iste habita opportunitate, ipsum puerum in gutturo cultro caedendo occidit. Cumque mater eius vidua pauperula diutius quaesitum non inveniret, dictum est a conviciantibus, quod visus est a plurimis, portas illius Iudaei intrasse. Sed quid fuerit, vel utrum sanus inde exierit, nullus testimonium poterat ferre. Mater ergo indicem adit, et Iudex Iudaeus coegit, et facta lite, cum probatio incumberet ipsi matri pueri, eo quod contra eam Iudaei insurrexissent, nec probare quidem de hac re mater posset, anxia pro filio perditio, in hoc se obligavit, quod requireretur omnes domus Iudaeorum, et si inveniretur apud eos suus filius deperditus, omnes Iudaei comburerentur, aut si non, mulier ipsa calumniae convicia combureretur. Quod cum placuisset Iudaeis, et Iudices approbassent: ecce quaestio facta, nulli tamen modo iacebat occultatus in conclavi. Tunc mulier lata sententia ad cremandum ductur ab omni populo: exultant Iudaei, compatiuntur, et dolent noti Christiani ac vicini, scilicet mulieris illius plurimum, plorat ipsa, quia perditio filio, se ipsam etiam amiserit. Cumque nullum haberet refrigerium, quia insistantibus Iudaeis, tanquam victoribus ad incendium duci cogebatur. Sic ducendo, cum prope ecclesiam b. Virginis pervenisset, atque recordata de b. Virgine, invocaret ipsam lacrymabiliter, coepit audire dulces sonos, ac si filius suus cantaret illud responsorium solitum, scilicet: *Gaude Maria Virgo, etc.* coepit proferre collum, et populum commovere si audirent; et ecce omnes audientes populi cantum, commoti sunt, et illuc accesserunt, ubi audiebatur vox sonare, et sic compererunt, quia in domo illius Iudaei sub medio absconsus fuerat puer occisus. Sublevantes modum, viderunt puerum in guttore cruentatum, cum angelis pluribus dulciter illud responsorium canentem. Quo viso miraculo, et puero interrogato, ac omnia facta enarrant per ordinem, scilicet quomodo per beatam Virginem fuerat sanatus in guttore vulnerato, et dulciter inter angelorum agmina fons: ecce omnes in laudem b. Virginis Christiani proruperunt, et Iudaeos combusserunt, ac puerum sanum matri restituerunt. Sicque precibus et meritis B. V. salvata est mater, et filius.

§. CLXXIV.

Franciscus Bencius (*in annalibus 1588. de rebus collegii Pacensis in provincia Peruano*): Quidam ad turpem concubinatum Indam foemina pellexerat, quam cum aliquando ad infantum torum vi, minisque compulsi, protracta nocte, cepulum tonitru concuti, tremisere terra, densasque inter tenebras micare ignes, et per fenestram rimas infandi, ut ferirent oculos animosque adulterorum. Cedit interea scissis nubibus ignis largifluus cum grandine grandine crepitante super lectum. Hinc mulier subito pavore correpta, Virgo, inquit, Maria fer opem, tuere me obsecro. Ad vir ferax et impius mediam complexus, laeae, sis stulta, scilicet auxilium illum ferre potest Maria, abdidit extremam vocem. Mater subito quod intonuit, et adhuc loquentem aveilit ab amplexu mulierculae, quatorque aut quinque passus eiecit extra lectum, et flamma concipit arida nutrimenta: fugit mulier perterrita, miseram inelamata, excitata, pervellit, nempe metu exanimatum, non exanimem putabat. Trahit digitos pedum, corrumpit pedes ipsi, divelluntur, conantem domum ingredi, et mortuum extrahere, impediabat ignis introrsum repellens: ad extremum vociferata horrendum concivit vicinos, et aegre portulo infirmi cadavere, reperunt hominem, mirato dictu, haidavere ore, sine ulla dentibus, sine lingua, omnia praeterea membra illa soluta et fluxa, ut vel leviter contracta, manum sequerentur. Hic finis impuri, impudicique hominis fuit. Ad mulier, alieno malo edocta, quamquam indoctum periculum, non extra metum, cum ex 40. millia passuum conficisset, ad nostrum templum se contulit meliori vitae instituendae.

§. CLXXV.

Epistola ad Thomam Claudipolensem episcopum, ex scriptis Petri Damiani, et ex Antonino Florentiae Archiepiscopo (*2. part. tit. 16. cap. 8. sect. 1*): In sancti Vincentii monasterio ad eo loco non longe, cui Petra Pertusa nomen est, fratres unanimis lege lata saucerunt, ut cum Pontificis ex brevitorio ut vo-canit preactionibus horariae beatissimae Deiparae preces disicerent, cumque id toto triennio sancite, integreque servassent, perdit cuiusdam monachi, qui Gazoni nomen fuit, loquacitas impia, ut Virginis ad omnes horas preces tollerentur, evicti; attem de coelo vindicta tarda non fuit, rapinas, depradationes, incendia, monasterium tum servorum, tum administratorum caedes immittens: itum est ad Germaniae Imperatorem, qui maleficia coerceret, et a facinorosis poenas repeteret, irriti eventu. Consultit Petrus Damiani, vir illa aetate, ut sapientissimus, ita doctissimus, qui merito illa passos esse respondit, quod Imperatricem pacis, ut illius verbis, abiecissent. Mox in terram nunci corruentes beatissimae Virginis Matrisque laudes nunquam se in poste-

rum omissuros receperunt: quibus restitutus sequuta pax est, et monasterii alta visa securitas.

§. CLXXVI.

Bencius (in *annali in histor. collegii Hispanensis*), Bonifacius (*lib. 5. cap. 1*): In sodalitatibus deligitur unus, qui sit particeps, et conscius rerum omnium, quae decernuntur, easque litteris mandat, ab arcanis dicitur. In congregatione porro Hispanensi adolescens, qui hoc munere fungebatur, duos ad hanc rem destinaverat calamos scriptorios, insigni ornatu: etenim caules detractis plumulis aureo filo, sericoque distinguebantur invicem pernixitis.

Horum alterum subripuit unus de sodalibus juvenili furto; cuius etsi saepe pulsabatur cogitatione animus, et posthabitis rebus omnibus, se Deo consecraret in aliquo coenobio, praevalente amore in mulierculam quandam aliud agebat. Ad eam aliquando cum instituisset scribere, ac furtivum calamum sumpsisset manu, sensit sibi verberari os excussissima palma; simulque vox aures percudit, etiamne sceleris rem tibi dicam temerare andes impuro ausu? Attonitus hac pronociatione ac verberis, ut se colligat invenit, revertit ad calculos, quos pene abiecerat, ut ampleretur habitum Franciscanae religionis. Mansit ad aliquot dies memor nota plagae acceptae, ut appareret ab alia vi quadam maiore, quam ad humanam pactam.

§. CLXXVII.

Idem beatus (*lib. 2. epist. 14*): Stephanus aliud mihi relulit: Audisse, inquit, me meministi, quia clericus quidam fatuus erat, nauci frivolis, ac ineptus. Huc accedit, quia nullam religionis dotem, nullam canonicam disciplinam, gravitatis sive modestiae videbatur habere virtutem. Inter hos tamen emortuos inutilis vitae cineres, hic perexigui fomitis tenuis vivebat igniculus, ut ante sacrosanctum altare quotidie b. Dei Genitricis accederet, et reverenter verticem curvans, angelicum hunc atque evangelicum versiculum decantaret: *Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus*. Cum itaque tanta fatulitatis ineptium novus deprehendisset Episcopus, ab inutili persona utilitatem Ecclesiae delineri indignum duxit, eique praebendam, quam a nuper elato suo decessore perceperat, abstulit. Sed cum hunc rei familiaris egestas opprimeret, et praeter hoc aliud quid, unde posset vivere, non haberet, nocturno silentio pia Dei Genitricis Episcopo, dum dormiret, apparuit, quam scilicet praecedebat vir, in una manu ardentem faculam, in altera ferulam portans; cui mox b. Virgo praecipit, ut Episcopum delinquentem aliquantisper ferulac, quam gerebat, verberibus castigaret. Cur, inquiens, capellano meo, qui mihi quotidianas impendebat excubias, sti-

pem ecclesiae, quam non ipse contuleras, abstulisti? moxque sacerdos tremefactus, evigilans. clerico beneficium reddidit, et quem ignotum Deo forte crederat, iam quam propensius honoravit. Si igitur ille unam dumtaxat laudis canendo versiculum, corporei victus alimenta promeruit, quam fideliter aeterna sperabant, qui b. Reginae mundi quotidianam horarum omnium vota persolvunt? Unde pulcher etiam mos in nonnullis ecclesiis inolevit, ut specialiter ad eius honorem per omne sabbatum Missarum celebrentur officia, nisi forte festivitas, vel feria quadragesimalis obstat.

§. CLXXVIII.

Canisius (*lib. 1. de Deip. cap. 20*) haec habet: Nefarius ille Nestorius, cum hostile bellum adversus Deiparam instituisset, negabat enim, Virginem esse Matrem Dei, non impune tulit tantam audaciam, et praecedit, fuerat enim a toto Concilio Ephesio anathemati perpetuo traditus, et ab Imperatore Theodosio in exilium actus, episcopatu suo Constantinopolitano plane spoliatus, ac demum coactus in exilium vitam absolvere calamitosam: sed et blasphemiam eius linguam miri carniciferae currere vermes, et si non corpus, nefandum novae impietatis organum, a terra dehiscente absorptum, certe anima eius ad inferos usque detrusa, meritis blasphemiae poenas luit. Et quoniam Nestorii mentio hic incidit, aliam ex Moseo Evirato narrationem attexam, ut clarior consuet. insignem illum Mariae hostem, etiam post mortem suam vivis, ac superis merito detestandum haberi. Abbas Cynicus, qui et Laurae Calomonis presbyter eximus fuit, de se ipso testatus est, quod aliquando mulierem honesta facie praeditam, et purpura indutam, per somnum viderit, Dominam nempe nostram sanctam Dei Genitricem, duobus viris illam comitantibus, qui et ipsi venerabiles et praecleari esse aspectus apparerent, utpote Ioannes Baptista, et alter eiusdem nominis Evangelista. Abbas igitur de cellula egressus, orare Deiparam coepit, ut ad se ingredi dignaretur, ac saepe hoc ab illa summpere flagitavit; illa tandem semper abnuente, atque hoc demum in mentem: Habes intra cellam tuam inimicum meum, et me illic ingredi cupis. His diebus abcessit illa, et Abbatem valde sollicitum anxiumque reliquit, ut qui nesciret, de quo inimico sermo hic haberetur, veritus etiam ne quid occulti forsasse criminis ipse in Deiparam commisisset, cum nullum alium in eadem cella commemorantem haberet. Unde in gravi moerore ac luctu versatus est, quem ut ratione aliqua vel leniret, vel depelleret, codicem legendum sumpsit in manus, eumque a s. Isybio presbytero Hierosolymitano mutuo accepit. Cum evolvisset codicem, duos impii Nestorii libros in fine vidit adiectos, et statim discussa velut nube, lucem veritatis aspexit, nihil ut dubitaret amplius superiorem sermonem de inimico Deiparae apud se latitante, ad hunc ipsum auctorem Nestori um pertinere. Abijt

igitur statim cum libro, eumque bona fide restituit, ne talem Mariae inimicum apud se diutius esse pateretur. Accipe, inquit, frater librum tuum, ex quo plus ego detrimenti quam utilitatis percepi. Cum vero rem omnem exposuisset, hinc codicis, zelo sancto succensus, duos illos Nestorii libros ex ipso praescidit volumine, ac flammis ultricibus tradidit, dicens: *Non manebit in cella mea Dominae nostrae sanctae Dei Genitricis, semperque Virginis Mariae inimicus*. Atque utinam eodem zelo flagrantem omnes qui hoc aevo in auctores et libros similis farinae incidunt, simulque curarent, istosmodi scripla omnia, quae ad Christi, Sanctorumque ignominiam, et bonorum offensionem faciunt, omnino explodi ac aboleri. Alter ex graviter punitis Mariomastigis sit ille, quem iam ante depinximus, Imperator Constantinus Copronymus, adeo in Mariam petulans atque contumiosus, ut, sicuti diximus, illius honori publice detraxeret. eamque tam imbecillum faceret, quae nulli mortalem posset optulari. Quid autem illius morte inhonestius? quid acerbius et violentius? cum iam Deo et hominibus esset invisus, sub mortem carbonum pedes eius invaserant, et ardentissimis febribus urebatur; quare nullam a medicis remedium poterat excogitari; tum elephantiae morbus accedebat, et in extremam animi desperationem devenerat, ut hinc miserabiliter vociferaretur, se viventem etiam propter Mariam Deiparam igni extinguibili traditum, in eumque coniectum esse. Tot morbi coeantes, tam diri cruciatibus saevientes velut Mariae ministri aucti carniciferae blasphemum Caesarem perdididerunt. Sed pergamus et alios Mariae hostes accerere, quorum maledictam divinum severitas non sine miraculo publice castigavit, nimirum, ut et mali, propositis exemplis, ne quid simile designent, provide terreantur, et boni in honorandae Virginis officio magis confirmantur. Cum Caesar Mauritius imperaret, Christiani quidam, ut fit, in caupona suaviter compotabant, et lepidi scilicet esse non poterant, nisi inter compotandum, convitiis in Mariam iactis, impure certarent. En vero ibi aequum in Mariana causa vindicem Deum, qui praecipue huius nefariae concertationis auctores, ut ne unus quidem salvus evaserit, potenter arripuit, prostravit, oppressit, delevit, reatque ad inferos misit, perpetuo excreciandos. Hopes autem et dominus aedium, in quibus blasphemum considerant, ab hac divina punitione vix mansit immunis: praesertim, quod is conviviuntia potius, quam ut ceteri ex destinata malitia deliquisset. Cui non multo post nocte dormienti Dei Mater astare visa est, illique in memoriam revocavit, quod blasphemus illos convivas in suis aedibus indigne tolerasset. Tum ille miser supplex illi esse, veniamque delicti petere: et ne tam cito morte mulcetur, sed et tempus ipsi poenitentiae relinquere, orare. Virgo daturum se hoc ei, neque in praesentia ipsum ita morte poenas laturum promittere. Vimine autem, quod manu gestare videbatur, genua eius circumcirca velut exarans, circumscribere: Ibi ubi factum, sacra Virgo quidem non apparuit amplius, sed

ille somno discusso, membra ea, quae vimine notata fuerant, a reliquo corpore disrupta, statim invenit, et recentem inde sanguinem sensit profuere. Igitur in publicum productus miser, foedo et miserando habitu corporis, non minus quam oris sui testimonio, veritatem publice confirmavit, hocque iustum Dei iudicium omnibus promulgavit. Historiam ex Nicephoro mutuati sumus. Cum hoc miraculo plane enarravit, quod Moses Eviratus in suo Prato Helionoli, quae Phaenicia est civitas, se refert accidisse: In hac, inquit, minus quidam erat Gaiamus nomine, qui in theatro sanctam Dei Genitricem blasphemans, populo spectaculum blasphemiae praebebat. Apparuit autem illi sancta Dei Genitrix, dicens: Quid tibi mali feci, quia coram tanta multitudine mihi detrahis, et blasphemias me? Ille vero surgens, non solum non se correxit, veram etiam plus blasphemabat. Rursus ergo apparuit illi sancta Dei Genitrix, corripiens eum, ac dicens: Noli, quae so, noli ita laedere animam tuam. Ille vero rursus detertus illam blasphemabat. Unde ipsa tertio apparet, eadem repetebat. Cum autem se ille non corrigeret, sed plus quoque blasphemis adiceret, meridie dormienti sibi Virgo apparuit, nihique dicens, digito solo signavit eius manus, et pedes. Evigilans autem, invenit se truncatum manibus et pedibus; atque ita infelix, ut truncus inutilis iacens confitebatur omnibus, cuius rei gratia, et quomodo hoc passus esset, utique per blasphemias suas elementem cruciatus fuisset. His affine est, quod Vincentius Beluacensis adfert, quendam apud Lessantium urbem, cum in taberna luderet tessera, ludum sibi inauspicato videret cedere, benedicto ventri gloriosae Virginis Matris maledixisse, et mox illum eodem loco subita et horrenda morte luisse poenas. a quibus ad aeternum supplicium haud dubie reperetur. Nunc Evagrium quoque et suffraganem, ei Nicephorum audiamus. Tiberius Caesar, qui proxime ante Mauritium regnavit, imperiali palatii Praefectum habuit virum in ceteris excellentem, sed Anatolio in Christum et Matrem eius contumeliosus, male faventem, ut causam eius defendere videretur. Fasset autem est hic Praefectus, vir minime vaans, sibi Deiparam apparatus, et secum graviter exposulasse, his fere verbis: Quousque tandem Anatolium propugnans, qui tam impudenter, supraque modum in me et filium meum illud? Hic enim Anatolius, ut paulo fuisset historicum explicemus, cum Antiochiae versaretur, nefandis Deorum sacrificiis deditus, et maximis quibusque flagitiis coopertus, neque minus in divina mysteria blasphemus fuit: quod idcirco Caesar in vincula coniecit, et ad se Constantinopolim adduci iusserat. Forte tunc accidit, imaginem sacrae Virginis ex funiculo pendere in carcere, quo conclusus erat idem Anatolius: in hanc igitur ille tot scelerum sibi conscius, oculos coniecit, et coram ea suppliciter orare, veniamque petere, et externo quidem corporis habitu animi poenitentiam simulare, sed ut ea hypocrisis, et ficto animo superos fallere minime posset. Ceterum a Praefecto carceris, aliisque multis, qui in custodia tunc aderant,

est animaversum, Deiparam imagine dicta expressam, velut iratae mulieris similem avertisse vultum, ac nullum Anatolii precibus tribuisse locum, quasi blasphemum et execrabilem hominem prostratus aversaretur. Sed et eadem imago aliis in urbe piis eodem tempore per visum oblata est, multis in eo tandem conspirantibus, ut Anatolii tum in Mariam, tum in Christum ipsum valde contumeliosiora horrenda impietas publice vindicaretur. Proinde visum est omnibus hanc facinorosum, ac impium e medio tollere, qui bestiis expositus, ab iisque devoratus fuit, lupis etiam inaudita crudelitate in mortuum grassantibus, quoniam rapaces bestiae cadaver impii delirare, rapere, atque discernere voluerunt. Haec veteris miraculorum loco habuerunt, ac velut divini iudicii certa testimonia reputant, e quibus perspicue constat, Mariomastigas non impune peccare, honorem vero ss. Virginis Deo esse curae, utpote qui eius iniuriarum gravissime vindicta, ac vicissim piis eiusdem cultores multis magnisque muneribus libentissime prosequatur. Unde Nicephorus, postquam primum a nobis recitatum exemplum de punitis Mariomastigis produxisset, significanter adiunxit, eodem tempore multos, qui hoc audissent miraculum, laudes Deo decantasse, ac Matrem Domini celebrasse, quae ita semper Christianorum genus laetetur, quaeque novo quodam modo affectionem erga nos suam, quamvis praeter naturam eius sit, ut quempiam punit, vi quadam adacta ostenderit, ut scilicet religio nobis stabilis, et firma esset.

§. CLXXXIX.

Quanto dissimilior Magdeburgensis Udo fuit, qui et ipse ad studia plumbeus, cum nihil omnino proficere, suisque condiscipulis partim ridendum, partim se praebere ad miserandum, hanc eandem benignitatis arcam precibus aperuit, et ingenium, quo carebat, cum lacrymis poposcit a Virgine. Gementi, seque afflictanti divina Mater, non solum, quod petebat ingenium, sed suae etiam urbis episcopatum pollicetur, caveret tamen, ne duplicati beneficii immemor, a recto virtutis tramite declinaret, ac flagitiosae vitae se dederet, id enim non impune laturum. Ex hoc tempore tam beneficiam puer Udo Dei Matrem expertus est, ut ad magnam ingenii, doctrinaeque laudem, non sine sociorum, civiumque suorum admiratione pervenerit. Neque solum eruditionem, ac scientiam, sed etiam Pontificiam dignitatem, ut erat a Virgine promissum, praedictumque, consequitur. Unde ingenii celebritatem, Pontificiam titulum, ac Deiparae dona pessum dedit, tantisque muneribus ingratus, Episcopali abusus potestate, contra quam Virgo tanto ante monuerat, turpissimum se flagitium inquinavit. Igitur, cum beatissimae Virginis, et donorum, et monitorum oblitus, peccandi nullum finem faceret, in gravissimum Dei iudicium incidit, horrendoque mortis genere turpissimum vilam terminavit. Necis historiam, qua a concubinae

complexu avulsus, in templum, Deo praesidente, multisque coelitus antantibus, tractus, damnatusque, et gladio iugulatus esse dicitur, daemonibusque traditus, qui praeda exultantes, sceleratissimi Pontificis animam in inferos demerserunt, variisque ludibriis affecerunt, narrat Bredembachius, aliique scriptores minime contemendi.

§. CLXXX.

Tilmannus Bredembachius (*lib. 3. sac. coll. cap. 22*) haec refert: Circa annum Dominicæ Incarnationis 1577, cum passim in toto pene Belgio Leonomachi in templa, et imagines irruere coepissent, contigit in celebri quodam pago, Lokeren appellato, quatuor milliaribus a Gandavo dissito, quendam b. Virginis Deiparae statuam invadere, ac demoliri; cumque magno labore talem imaginem luxasset, decidens illa, sui ipsius casu vindictam infudit Leonomacho: nam casus iste imaginis nutu divino sic accidit, ut puella ille Christus Dominus, quem Virgo mater illic gestabat, quantumcumque antea blandulus, nunc ultrici manu, quam arte sculptoris protensam habebat, recta in caput, ipsamque maxillam Iconomachi impingeret, eandemque velut armilla quadam acuta perforaret; sicut de Leviathan apud Job legimus, Job (*cap. 40. et Psalm. 31*): *In chano, et freno maxillas eorum confringe, qui non approxinant ad te. Quamquam hic animo praeposito nimis proximaverit, historia ab oculatis, et fide dignis testibus in consensu honoratorum virorum nobis relata est.*

§. CLXXXI.

Thomas Costus (*in addit. ad compend. histor. Regn. Neapol. post lib. 6. annot. 131*), cui consenit Marianus (*lib. 21. de reb. Hispan. c. 13*) sic narrat: Quanta reverentia sanctorum templa, praesertim Deiparae in bellis etiam iustis, ab omni militari iniuria, et bellica profanatione sint custodienda, sequens exemplum aperte declarat. Cum Alphonsus, qui primus ex Aragoniis a Ioanna Secunda regina Neapolitana in filium adoptatus, Neapolitanum regnum est adeptus, cum Renato Andegavensi de regni possessione armis contenderet, eaque de causa anno 1439. Neapolim, quam Renatus obtinebat, terra, marique obsideret, Petrus Aragonius Alphonsi frater totius exercitus dux, eam civitatem multis in locis, sed praesertim murum illum civilis prope templum b. Virginis de Carmelo ad portam urbis, vulgo a mercato dictam, aeneis tormentis quatibet. Prostrato muro, qui Carmelitanum templum obtegebat, ingressus quidam globus displosus eius templi absidem perfrumpsit, caput statuae Christi Domini nostri e cruce pendens, quae super trabem in media templi testudine collocata erat, recta petiit; cuius ictum statua ipsa caput de-

mittendo insigni miraculo declinavit: quare ingenti absidis concussione, et terrifico pilae fragore, exciti patres Carmelitae, aliqui cives monasterii custodiae deputati accurrunt, tantumque miraculum conspicati, sacram Crucifixi effigiem ad tutiorem locum transferre frustra sunt conati: eam enim nequaquam movere potuerunt; caput vero sacrae Crucifixi statae in hodiernum usque diem aliquantulum solito depressus visitur: pila item illa ad miraculi monumentum in templo asservatur, tabella exposita, quae totius rei gestae narrationem continet. In sequenti vero die, qui teste Mariana erat 23. Octobris, et in feriam sextam incidit, cum idem Petras ad vallum, aggeremque, ubi aenea tormenta ad quatiendam urbem collocata erant, advenisset, iuberetque nobis verberationem versus eandem partem reintegrari, e divae Mariae Carmelitanæ templo, inquit Mariana, tormento percussus occubuit, pila tertio ad terram illisa quarto ictu caput eius comminuit; sic ille. Quo audito Alphonsus, fratris nece moestus, iustam tamen Dei punitionem agnoscentes, testatus est se, cum Crucifixi miraculum, quod pridie venerat, et transfuga cognovisset, Petrum fratrem eodem, quo interit die, sedulo monuisse, ne versus Carmelitarum Deiparae templum tormenta displodi iuberet; Petrum vero ad hoc nullum sibi responsum dedisse, sed malo suo eandem verberationem rursum tentare voluisse. Ad haec tanta est inebrium magitudo, ut obsidio solvenda fuerit. Alphonsus vero hoc Crucifixi miraculo adeo est pernotus, ut cum triennio exacto, Neapolis in eius potestatem venisset, postredie ad templum Deiparae Carmelitanum adierit, ut sacram Crucifixi imaginem pie veneretur. Quod et deinceps crebro facilitavit; haec Thomas Costus. Quam Crucifixi imaginem etsi Mariana non refert, necem tamen Petri miraculo tributam, his verbis scribit. Vulgus militum, sed et populi multitudo, Petri caedem in religione verebatur: praesertim continuis imbribus oppugnatione impedita, soluta obsidione, Capnam discussum; haec Mariana.

§. CLXXXII.

In via publica prope s. Anastasiam, id est oppidum Nolanae dioecesis ad civitatem Vesuvium spectans, quod inter Nolam, ac Neapolim sex passuum millibus aequa distantia interiacet, situm ad Vesuvii montis radices, Bammaram, cinerisque eruptione, ac Plinii interitu maxime celebris, erat angustum, ac tenue sacellum in campestri loco antiquitus extractum, cui nomen vulgo sancta Maria ab Arcu, sic dicta a fornice, ad cuius laevam in pariete erat liquidis expressa coloribus Deiparae imago, puerum Iesum inter brachia gestantis, quae quamvis nullo olim clericorum perpetuo servitio coheretur, illustrata certe divinitus est nobilissimo miraculo, quod finitimus populus ad pietatem novumque sacellum excitavit. Enimvero centesimo fere ab hinc anno, cum in ea vicinia ludum aliqui

luderent, quo lignei globi trade item ligneo circumaguntur in plano, ac subinde triduntur, impius quidam, et procietae audaciae, quod pecuniae iacturam faceret in ludo, die, quae sacratissimum resurrectionis Domini Pascha proxime sequitur, arreptam, qua ludebat, pilam, irato, inensoque animo, in depictae Deiparae faciem sacrilega manu contorsit, eiusque sinistram percussit geavam: inde repente sanguis miraculose dimanavit; cuius represso fluxu sanguinei coloris impressa cicatrix divinitus remansit in facie. Verum exemplo impius percussor immobilis factus, eodem in loco in scleris poenam, Iudicis sententia infelici arbori cum lusoriis instrumentis suspensus interit: tunc vero perspicua mirabili novitate commota vicinia est, ad novam Deiparae pietatem tunc aucta celebritas: nam eadem feria secunda Paschalis, eo in loco decreta est solemnitas, quae ad insensitum usque miracula temporis perduravit; quin etiam ad posteritatis monumentum reum ex arbore suspensum cum lusoriis instrumentis, in veteris aedicalae pariete quadam inscriptione notatum, coloribus expresserunt, quam nos ipsi longo intervallo ex eodem semidituro, exscriptimus; quia vero prae nimia velustate voculae sunt obscuratae, ideo illam hic apponere omisimus. Mirabilis Deus in sanctis suis, quanto magis in Matre sua, quam cum quidam diabolica investigatione lusor pile percussisset in faciem, repente immobilis factus, a curia deprehensus, et ex arbore suspensus fuit.

§. CLXXXIII.

Vincencius Belmencensis (*lib. 7. specul. histor. cap. 110*) haec narrat, quae omnia oculis se vidisse testatur, his verbis: Iuxta Castrum Rodulphi est quaedam Abbatia, quae Dulis vocatur, super quadam columnam ecclesiae Ipsius est imago lapidea ad honorem b. Mariae Virginis sculpta, ad quam cum quaedam pauperula mulier veniret orandi gratia, aderant ibi in atrio duo Barbariones, qui improperantes mulieri imaginem blasphemabant: unus eam lapides ad imaginem proficiens, uno lapide percussit, et confrexit brachium pueri Iesu; et cum manus illa lapidea cecidisset, exierunt guttae sanguinis e brachio, ac si esset hominis vivens, staltique in eodem loco ille, qui lapidem procieterat, expiravit; alter vero cum vellet morientem inter brachia sua colligere, ut ei aliquod praebere aditorium, statim arreptus est a daemonio, et insequantem die defunctus est. Eodem etiam sequenti die cum turba multa conveniret, ut imaginem, et sanguinem de lapide fluxum videret, ipsis videntibus, ipsa imago scidit vestimenta sua, scilicet ornatum, qui circa eam erat lapideum, et collum suum, quod confirmatum erat molili lapideo, et pectus deavavit usque ad mammillas propter ignominiam, et iniuriam, quae illata fuerat sibi, et parvulo suo. Hoc contigit ann. Dom. 1187. tempore, quo bellum erat inter Philippum regem Francorum,